

20306

CONSITVTIO

NES ROTAE BONONIEN.
NOVISSIME REFORMATAE,

quibus accesserunt Syndicatus Sta-
tutum, Senatus consulta, capi-
tula, Bullæ, & Breuia Pon-
tificia eisdem confe-
rentia æditæ

Anno.

M D L X.



D
1
109

BONONIÆ APVD
Alexandrum Benacium.

Auditores, ut omnium diligentia, & assiduitate incumbant causa-
rum expeditionibus, pro ut eos esse facturos omnino sperat: Quod si
secus forte fieret, talicasu Superiores opportuna adhibebunt remo-
dia, auocando etiam causas à negligentibus, & alijs committendo coau-
ditoribus, pro ut ipsis uidebitur expedire.

Et quoniam saepe euenit, quod uolentes causarum expeditiones
protelare, in calculo ferendae sententiae, uel saltem post lapsas dilatio-
nes omnes, uel restitutiones in integrum, uel causas criminales sub pra-
etextu falsitatis aliquorum in causa productorum, uel deductorum,
uel erroris correctionem proponant, uel alia in effectu expeditionem
causarum retardantia, uoluit Senatus ipse praedicta omnia, & alia
quaecunque tali tempore proposita, etiam si iura & testes, tanquam
de nouo reperta, & reperti producerentur, & inducerentur, expedi-
tionem causarum nullatenus retardare.

Et insuper Statuit appellationes, & reclamaciones quomodolibet
interponendas à sententijs ferendis in causis collectarum publicarum,
uel laboreriarum publicarum, puta, uicinarum, & fursonarum,
& fluminum pub. ac etiam officiorum pub. utilium, quae moram non
pariuntur, non habere effectum suspensiuum, sed illis non obstanti-
bus sententias exequi posse, & debere ordinauit.

In caeteris praedictas Rotae constitutiones, quatenus praesentibus
reformationibus non contrariantur, seruari mandauit.

Sanxitq; quod si controuersia aliqua in futurum oriretur super
intelligentia praesentium reformationum, pro interpretatione illarum
recursus haberi debeat ad Illustriss. & Reuerendiss. pro tempore Le-
gatū, Guber. siue Viceleg. & Mag. Senatū, quorum interpretationi
stari omnino debeat. Datum Bonon. in Palatio maiori die nona
Mensis Ianuarij. 1570.



Bonon. Typis Alexandri Benacij.

20306

